Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancta Maria Eyptiaca

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

nobilis iussit eum expoliari. Statimque angelus domini affuit ibi et vestem sibi prebuit. Tunc Sapricius ipsum suspensum in eculeo tam diu torqueri fecit donec ei brachia a suis compaginibus solverentur. Sed cum fuisset sanitati a domino restitutus, iussit eum in carcerem recludi. Venit ergo angelus domini ad eum et dixit: Surge Secunde et sequere me et ducam te ad creatorem tuum. Tunc ipsum usque civitatem Astensem perduxit et cum in custodia venit Calocerus et Salvator cum eo posuit. Quem videns Secundus ad eius pedes se proiecit. Cui Salvator: Noli timere Secunde quia ego sum dominus deus tuus qui te de omnibus malis eripiam. Benedicensque eis ascendit in celum. Mane igitur Sapricius ad carcerem misit. Qui carcerem quidem signatum invenerunt, Secundum vero non invenerunt. Pergens autem Sapricius Dertona ad civitatem Astensem ut saltem Calocerum puniret, iussit ut produceret Calocerus sibi presentaretur. Et ecce renuntiaverunt sibi quod Secundus cum Calocero esset. Quo audito eos ad se adduci fecit et eis dixit: Quoniam dii nostri sciunt vos esse contemptores suos, vos insimul mori voluerunt. Cum autem sacrificare nollent, picem et resinam liquefactas fecit et super eorum capita fundi et in os eorum iactari. Illi autem hec tamquam aquam suavissimam cum magno desiderio bibebant et voce clara dicebant: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Tunc Sapricius super eos dedit sententiam ut Secundus in civitate Astensi decollaretur, Calocerus vero Albinganum mitteretur et ibidem puniretur. Cum autem beatus Secundus decollatus fuisset, ecce angeli domini corpus tulerunt et ipsum cum multis laudibus et cantu sepulture dederunt. Passus est autem iii. kal. aprilis.

De sancta Maria egyptiaca

Maria egiptiaca que peccatrix appellatur xlvii. annis in heremo artissimam vitam duxit, que cepit circa annos domini cc.lxx. tempore Claudii. Quidam autem abbas nomine Zozimas dum Iordanem transfretasset et heremum magnum perquireret si forte aliquos sanctorum patrum inveniret, vidit quendam ambulantem nudo nigroque corpore et ex incendio solis exusto. Hec autem erat Maria egiptiaca. Statimque hec fugam arripuit et Zozimas post eam velociter currere cepit. Tunc illa ait: Abbas Zozimas pater, quid me persequeris? Ignosce mihi pater quia non possum convertere faciem meam ad te quia mulier sum et nuda. Sed pallium tuum mihi porrige ut possim sine verecundia te videre. Qui se nominari audiens stupefactus pallium tribuit et in terram prostratus ut se benediceret rogavit. Cui illa: Ad te pater benedicere magis spectat quem sacerdotii dignitas ornat. Ille ut audivit quod nomen et officium eius sciret, amplius mirabatur et se benedici obnoxius petebatur. Tunc illa: Benedictus dominus deus redemptor animarum nostrarum. Cumque illa extensis manibus oraret, vidit eam unius cubiti mensura a terra levari. Tunc senex dubitare cepit ne forte spiritus esset et fingeret se orationem facere. Cui illa: Parcat tibi deus qui me peccatricem mulierem immundum spiritum existimasti. Tunc Zozimas illam per dominum coniurat ut conditionem suam deberet ei enarrare. Cui illa: Ignosce mihi pater quia si tibi statum meum narravero velud

a serpente territus fugies. Et aures tue a sermonibus meis contaminabuntur, et aer a sordibus polluetur. Cumque ille vehementer instaret, dixit: Ego frater in Egipto nata XII. etatis mee anno Alexandriam veni, ibique XVII. annis publice libidini me exposui, et nulli unquam me negavi. Cum autem homines regionis illius pro adoranda sancta cruce Ierosolimam ascenderent, rogavi nautas ut me secum dimitterent proficisci. Cum vero me de naulo requirerent, dixi: Non habeo frater aliud naulum, sed pro naulo habetis corpus meum. Sicque me sumpserunt et corpus meum nauli gratia habuerunt. Cum autem Ierosolimam pervenissem et pro adoranda cruce usque ad fores ecclesie cum aliis devenissem, subito et invisibiliter repulsam patior nec intrare permittor. Sepius atque iterum perveni ad limen ianue et subito iterum iam patiebar repulsam, cum omnes haberent liberum aditum nec aliquod invenirent impedimentum. Rediens igitur ad me et cogitans quod hoc mihi ob scelerum meorum immanitatem accideret, pectus meum cepi manibus meis tundere, lacrimas amarissimas fundere et a cordis intimo suspirare. Respiciens ergo vidi ibidem ymaginem beatissime virginis Marie. Tunc lacrimabiliter ipsam exorare cepi ut mihi peccatorum meorum veniam impetraret et adorandam crucem sanctam me intrare permitteret, promittens me seculo abrenuntiaturam et deinceps caste mansuram. Cumque hoc orassem et in nomine virginis fiduciam recepissem, iterum ad fores ecclesie adivi et sine aliquo impedimento ecclesiam intravi. Cum autem

sanctam crucem devotissime adorassem, quidam mihi tres nummos tribuit, de quibus tres panes emi. Audivique vocem dicentem: Si Iordanem transieris, salva eris. Iordanem igitur transivi et in hoc desertum veni, ubi XLVII annis nullum penitus hominem videns mansi. Illi autem tres panes quos mecum detuli ad instar lapidis per tempora duraverunt, et XVII. annis ex hiis in comedendo sufficerunt. Vestimenta autem mea iam diu putrefacta sunt. XVII. annis in hoc deserto a temptationibus carnalibus molestata fui, sed nunc per gratiam Dei omnes vici. Ecce omnia opera mea narravi tibi, et rogo pro me ad dominum preces fundas. Tunc senex in terram prostratus in famula sua dominum benedixit. Cui illa: Obsecro te ut in die dominice cene ad Iordanem redeas et corpus domini tecum feras. Ego autem ibidem tibi occurram et de manu tua corpus sacrum recipiam. Siquidem ex qua huc veni communionem domini non accepi. Rediens igitur senex ad monasterium, evoluto anno cum dies dominice cene appropinquaret, tulit corpus dominicum et usque ad ripam Iordanis veniens et ex alia parte ripe mulierem perspexit, que super aquas facto signo crucis venit et ad senem usque pervenit. Quod videns senex obstupuit et ad pedes eius humiliter se prostravit. Cui illa: Vide ne feceris, cum sacramenta dominica penes te habeas et sacerdocii dignitate refulgeas. Sed obsecro ut sequenti anno ad me pater redire digneris. Tunc illa facto signo crucis super Iordanis aquas rediit et heremi solitudinem petiit. Senex vero ad suum monasterium rediens sequenti anno ad locum ubi prius secum

locutus fuat vixit. et eam ibidem ex
pirasse repyt. Qui lacrimari cepit
et ipsam tangere non presumpsit. Dixitque in
tra se. Ego quidem corpusculum sce sepe
lire volebam. sed timeo ne hoc sibi dis
pliceat. hoc eo cogitante uidit iuxta
caput suum. lras ita descriptas in ga
uentes. Sepeli zozima marie corpus
culum redde terre suum. et ora pro me ad dominum.
Ad cuius precepti. ii. die april. reliq. hoc seculum.
Tunc senex pro certo cognouit quod mox
ut dominum sacramenta accepit. et ad deser
tum redyt. iter finiuit. ius quod desertum
quod zozimas per xxx. dies spacia vix
ambulauit. illa in una hora peruenit.
et ad dominum migrauit. Cumque senex ter
ram foderet sed nequiret. vidit leo
nem ad se uenientem mansuete dixitque
illi. Sca hec mulier precepit sepeliri corpus
suum et ego cum senex fodere non possum nec
et aptum habeo ferramentum. Tu ergo terram
fode ut possimus corpus eius sanctissimum sepeli
re. Tunc leo cepit fodere et aptam fo
ueam preparauit. Quo pacto leo ut agnus
mansuetus abyt et senex ad suum
monasterium glorificans dominum uenit. De s.

Ambrosius dicitur ab ambra Ambrosio
que est species valde redolens et pre
ciosa. ipse enim ecclesie valde preciosus ex
titit et in dictis et in factis suis valde
redoluit. Vel dicitur ambrosius ab ambra et sy
os quod est deus. quasi ambra dei. Deus namque per
eum quasi per ambram ubique redolet. Fuit enim
et est bonus odor xpi in omni loco. Vel dicitur
ambrosius ab ambor quod est pater luminis et
syor quod est paruulus. quasi pater in multorum
filiorum spirituali generatione. luminosus
in sacre scripture expositione et paruus in
sua humili conuersatione. Vel sicut
dicitur in glossario. ambrosia odor uel sapor
celestis. Ambrosia esca angelorum. Amb
sium celeste mellifauum. Fuit enim
celestis odor per odiferam famam. Sapor
per contemplationem intimam celeste melli
fluum per dulcem scripturarum expositionem.
Esca angelica per gloriosam fruitionem. Ei
uitam scripsit paulinus nolanus epc ad
augustinum. De s. noīe

Ambrosius filius ambrosii prefecti
rome. Cum in cunabulis in atrio pre
torii esset positus. et dormiret examen
apum subito adueniens faciem eius et os
ita compleuit ut quasi aluceolum suum in
traret et exiret. Que postea euo
lantes in tantam aeris altitudinem sub
leuate sunt ut humanis oculis minime
uiderentur. Quo pacto territus pater ait.
Si uixerit infantulus iste aliquid
magnum erit. Postea cum adoleuisset. et
uideret matrem et sororem sacratam uirgi
nem sacerdotis osculari ipse ludens
sorori dexteram offerebat asserens et
sibi id ab ea fieri oportere. Illa uero
ut adolescentem et nescientem. quod dicebat
respuebat. Rome ergo in liberalibus eruditus est
cum pretorii splendide pararet. A ua
lentino imperatore ad regendam ligu
riam emiliamque prouincias directus est.
Cumque mediolanum peruenisset. et ibidem
epc tunc deesset. conuenit populus ut sibi de epo
prouideret. sed cum inter arrianos et catho
licos de eligendo epo seditio non modi
ca uerteretur. uenit ambrosius cum sedande
seditionis gratia. Et statim uox in
fantis insonuit dicens. Ambrosium Epm.
Cui uoci omnes unanimiter consenserunt
ambrosium Epm acclamantes. Quo ille
cognito ut eos a se terroribus remoue
ret ecclesiam exiens tribunal conscendit.
et contra consuetudinem suam tormenta